



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

2 Consistorij multiplex definitio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

*TERTIVM.* 91

Ecclesiam , aut Præsbyterium colligere , quod modò nos dicimus conuocare Consistorium , non abs rē videtur priùs indagare ethymologiam nominis , quiduè , & quotuplex sit Consistorium .

Nam glof. in *Clem. pastoralis* §. *notorium V. Consistorij de sentent. & re Iudic. afferit* \* Con- sistorium dici à consistendo , sicque deriuari à verbo , consi- sto , quasi Princeps ibi consistat sedendo super solium , quod probat Sacra pagina *Hester cap. 5. ibi, at ille sedebat super so- lium suum in Consistorio Palatiij contra ostium domus.*

Definitur \* autem Primò ex 2 mente Pauli relati per Cardina- lem

## 92 CAPVT

lem Zabarellam dicto §. notoriū num. 2. quod sit locus, ubi sedet Princeps, in audiendis ac ita sensisse videtur Iustinianus in §. ad hæc Auth. De Appel. lat. repetito in Auth. sed & lis C. de tempor. & reparat. appellat. & in can. anteriorum. 28. §. ad hæc 2. quæst. 6.

Secundò. Per Zenzelinum, cuius meminit Cardinalis dicto num. 2. vers. vel secundum, quod dicatur locus ubi redditur ius, in quo sensu acceptum fuit à D. Ambrosio in can. conuenior 21. vers. sed in Consistorio 23. quæst. 8. & ab Innocentio Tertio in cap. ex insinuatione 50. de Appellat.

Tertiò. Ab Accursio in dicto §. ad

TERTIVM. 93.

§. ad hæc V. Consistorium Auth. de  
Appellat. utrumque simul com-  
pleteendo, quod sit locus, ubi  
Princeps ad audiendum causas,  
& iudicandum sedet, cui sub-  
scripserunt Lucas de Penna, *in*  
*l. 1. num. 1. C. de Comitibus Con-*  
*sistorianis lib. 12.* & Iacobus  
Cohelliū *De Notitia Cardina-*  
*latus cap. 15. congreg. 1.* seu de  
Consistorio.

Quartò. Per Cuiacium *in*  
*Commentarijs ad lib. 12. Codic.*  
*Iustiniane tit. 10. de Comitibus*  
*Consistorianis l. 1.* describitur  
Consistorium intimum Princi-  
pis esse præcipue, in quo Lega-  
tos, & quoscunque se adeuntes  
Princeps admittit, & audit; &  
de causis cognoscit, inquirenti-  
bus

## 94 CAPVT

bus Consistorianis ; quod etiam  
repetit Pratæius , & Caluinus  
in V. Consistorium, hanc descrip-  
tionem sumendo ex Suida , &  
Ammiano Marcellino Historia-  
rum lib. 15. ibi . hisque cognitis  
statuit Imperator dispicientibus  
Consistorianis , & Militaribus  
universis in negotium præter in-  
quiri ; Et in hoc sensu accipitur  
a Valentiniano , Theodosio , &  
Arcadio loquentibus de Aduo-  
catis Præfecti Prætorio in l. final.  
C. de offic. diuers. Iudicium ibi  
quibus etiam Consistorium no-  
strum ingrediendi facultas præ-  
betur .

3 Consistorium \* verò Pontifi-  
cium duplex esse dicitur à Car-  
dinali. dicto §. notorium num. 2.

21. 1. 15. 3

in